manuscript

Seite 18r

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8296
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

venit non potest capitum cum pauco zuccaro dandum est. Cum quo etiam
panem sepe comedat, propterea quanto plus potest loco aque in potu
suat vinum tamen subtile et temperatum est attribuendum aliquando nutrimentum
autem egri si ex carnibus avium et edina. Ergo preterea ante comes-
tionem et post balneum ingrediatur quod non sit calidum sed tepidum et
in semi cupro moram faciat. Sive in opere vero cavendum est ne
venter solvatur. Cui cum si solutus fuerit et huius pulveris bibitione
succurrendum est. Qui recipe gummi arabici spolii boli armeni seminis
mirtilli omnium ana ʒ i fiat ex eis pulvis de quo in die ʒ iii
cum syrupo de papavere albo aut rob mirtino dentur huius quoque
pulveris bibitio omnibus ventris constrictione indigentibus que tussim patiuntur
remedium affert cui plerumque xilo coracte de syria et bidellium
de methamorfosi. Quod si lac ego febrem generaverit auferendum est ei
lac et ptisana quousque febris recedat danda. Deinde lac ei de
nuo tribuendum. Et si febris iterum redierit remoto lacte ptisana
est danda post cuius recessionem ut prius ad lac est redeundum hec
autem semper est faciendum cum necessitas viget et venter summopere cus-
todiendus est ne solvatur. De pulsu sive tremore cordis



Item cum cordis tremore
fuerit pulvis velocitas et febris. Ergo ex basilica est mundo. Et tro-
cisti camphorati cum succo malorum acetosorum in potu sunt tribuende.
Item recipe cucumeris citrulli endivie lactucis portulace rosarum sandalorum albi
omnium partes equales et pro uno quoque pondere aureus unus ex eis
sumatur camphore trium granorum ordei pondus ex quibus cum succo
macianorum confectis fiant trocisti de quibus in potu cotidie unius aurei
pondus quaque die tribuatur. Item per duas ebdomadas fieri convenit. Si
autem hoc non sufficerit lac de quo butirum est extractum ad bibendum
detur. Ipse vero nutriatur ex pullis cum aceto et succo uve acerbe
et ex acetosa. Syrupum preterea acetosum de zuccaro factum bibat.
Si autem cum cordis tremore non fuerit febris trocisti muscati in potu
suatur. Qui recipe mastice spice xilo aloes cinamomi gariofili gallie
in quantitate nucis omnium cubebe cardamomi aloes et minoris et ybelche
corticum citri omnium ana pondus unius aurei musci sexum